



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XXXIII. De bona societate cum Iesu & Sanctis ejus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

ricordia tua; quamvis sæpius cado, et gravor in meipso ex infirmitate mea.

Non cesso, nec cessabo à laude tua in vita mea: sed laudabo et magnificabo te, donec ad te perveniat, ô Deus, anima mea. Nam te semper laudare et super omnia amare, summa felicitas est Angelorum et Beatorum in Patre.

CAP. XXXIII. De bona societate cum Iesu & Sanctis eius.

*Psal. 68.* **Q**uarite Deum, & vivet anima vestra.

Nihil melius, nil animæ felicius. Qui aliud quærit, nihil in fine obtinebit.

Iesus ubi quærendus.

*a Luc. 1.*

*b Matt. 2*

*c Luc. 2.*

*d Luc. 10.*

*e Ioan. 20*

Si ergo vis habere bonum socium pro solatio, quære Jesum cum pastoribus in præsepio; *a* aut cum sanctis Magis in Matris gremio; *b* aut cum Simeone et Anna in templo; *c* aut cum Martha in castello; *d* aut cum Maria Magdalena in sepulchro; *e* aut cum Apostolis in cœnaculo;

*f ad*

ad accipiendum Spiritum sanctum cum magno gaudio. Act. 10.

Beatus, qui in his et aliis sanctis locis Jesum devote quaerit, non corpore, sed spiritu & veritate.

Beatus, qui in omni loco, & in omni tempore Jesum intime quaerit, & magnis desiderijs ad ejus claram visionem & praesentiam anhelat, & quotidie se praeparat.

Beatus, qui Jesum in vita sua per passionem & crucem sequitur; quia in extremis bene ipsi cum Jesu erit, & ab auditione mala non timebit.

2. Non solum Jesum quaere, sed etiam Discipulos Jesu, & omnes diligentes Jesum, & qui patienter ferunt adversa propter Jesum.

Amor namque Jesu & amicorum ejus mundum spernit, & omne vanum & impurum longe à se repellit.

Relinque ergo amicos, & notos, ac sodales extraneos, qui in solitudine & devotione te impedire possunt, & quaere pro singulari solatio tuo in secretario

Tc 2 cellæ,

cellæ, familiaritatem cum sanctis Apostolis & cognatis Jesu ; ut loquantur tibi de regno Dei, & statu æternæ beatitudinis: & quomodo per multas tribulationes possis ad eorum societatem pervenire.

**Familiaritas & consuetudo Sanctorum ambien- da.**

**1. Beatæ Virginis:**

Accede autem ante omnes Sanctos & Sanctas, cœlestis curiæ cives, ad secretum tabernaculum atque oratorium beatæ Mariæ Virginis, à seculi turbis remotum, & quære ibi solatium animæ tuæ, precibus insistendo.

**3.** Audi, quomodo Angelus Domini cum Maria loquitur de Incarnatione Christi & Redemptione generis humani.

Felix dies & beata hora, si poteris ibi facere moram cum Angelo Gabriele, & beata virgine Maria, audiendo ab eis mysteria cœlestia.

Crede firmissime omnia esse vera per Angelum Mariæ nunciata, sicut Maria credidit Deo, & Angelo ejus sibi misso de cœlo.

**2. Ioan. Baptistæ.**

Deinde quære diligenter Joannem Baptistam, præcurso- rem

Do.

Dom  
erem  
bus  
plic  
A  
ami  
ta b  
div  
cul  
reli  
din  
fla  
res

de  
cu  
pu

&  
m  
m  
q  
ip

C  
f  
v  
r  
c  
I

Domini nostri Jesu Christi, in  
eremo latentem, & flexis geni-  
bus saluta eum devotissime sup-  
plicando.

Ave sanctissime & dilectissime  
amice Jesu Christi Joannes: mul-  
ta bona & magna mirabilia au-  
divi de te, quàm sancte & mira-  
culose sis natus: quàm stricte &  
religiose fuisti à puero in solitu-  
dine conversatus, ne levi saltem  
flamine aut cogitatione pecca-  
res.

Collo-  
quium  
cum san-  
cto Ioan-  
ne Bap-  
tista quale  
instituen-  
dum.

4. Quare ab eo, quamdiu ibi-  
dem solus manserit: & maneat  
cum eo, quantum placet, & tem-  
pus permiserit.

Disce ab eo, quid comederit  
& biberit, & quis ei necessaria  
ministraverit; utrum pater ejus &  
mater aliqua ipsi miserint, &  
quandoque ad eum venerint, vel  
ipse ad eos videndos exierit;

An etiam sanctus Angelus  
Gabriel ad eum quandoque de-  
scenderit, & multa secreta ei re-  
velaverit; Et an Jesus ei perso-  
naliter apparuerit, & manus ejus  
confortaverit, sicut scriptum est in  
Evangelio: *Etenim manus Do-*

Lucæ 10

*mini erat cum eo,*

Quic-

Quicquid de istis sit, totaliter Spiritui sancto committe; qui ipsum implevit, docuit, & erexit, & totam vitam ejus virtutibus ornavit, & usque ad exitum vitæ, in eremo & inter homines, & in vinculis, & in carcere custodivit, & tandem cum martyrii palma animam ejus suscepit.

3. Apostolorum;  
Petri.

Act. 3.

Pauli.

5. Deinde ad Apostolos Christi procede, & quære sanctum Petrum; & vade cum eo in templum ad orandum; vel etiam in cœnaculum ascende, ad accipiendum Spiritum sanctum.

Quære etiam Paulum in Damasco & in Epheso, & vade cum eo per omnia ad prædicandum Evangelium Christi, non in corpore sed in spiritu.

a 2. Cor. 12. Ecce quomodo plus omnibus laborat; & quàm sæpè orat, & quàm frequenter in orando & contemplando rapitur per excessum in cœlo. a

b Phil. 3. Sublimis volatus iste non omnibus datus, & tamen ad ima descendens dicit; b Ego non arbitror me comprehendisse.

Et iterum post alia, ad instruendum

endu  
sione  
trati  
nisi  
cruc  
S  
duce  
& p  
C  
drea  
part  
& a  
pro  
cor  
gau  
riti  
de  
cr  
Ja  
ci  
ca  
h  
le  
r

endum humiles in vita & in passione Christi, ait: *c. Nihil arbi-* *c. 1. Cor. 2*  
*tratus sum me scire inter vos,*  
*nisi Iesum Christum, & hunc*  
*crucifixum.*

Sequere sanctum Paulum, & ducet te recta via ad Christum, & per crucem ad cœlum.

6 Vade ulterius, & quære Andream Apostolum in Achaia partibus prædicantem Christum; & audi verba pendentis in cruce pro Christi nomine. Signa ea in corde tuo, & stude implere cum gaudio, inspirante & juvante Spiritu sancto, quæcumque loquitur de passione Christi, & sanctæ crucis laudibus.

Quære consequenter sanctum Jacobum majorem, passum, & occisum ab Herode, & bibe cum eo calicem passionis hujus miserabilis vitæ, patienter tolerando dolores pro amore Dei, & animæ tuæ salute.

7 Deinde procede, & quære Joannem Apostolum Christo dilectum, & pro nomine Jesu in exilium relegatum, ab omnibus secularibus curis et negotiis se-

gre-

*Andreas*

*Jacobi*

*Ioannis Evangel.*

*Apoc. 4.*

gregatum; ubi divina revelatio-  
ne altius illustratus, Apocalyp-  
sin de statu totius Ecclesiæ mili-  
tantis et triumphantis, figuris et  
mysticis verbis scripsit, et post  
hæc etiam, pro omnium Eccle-  
siarum et fidelium eruditione et  
consolatione, sanctum Evange-  
lium de divinitate Christi ulti-  
mus edidit.

Lege et stude in istis, et aliis  
sacra Scripturæ libris, pro captu  
tuo et consolatione exilii tui in  
hoc mundo; non ut doctus et sa-  
piens videaris, sed mitis et pa-  
tiens, humilis et obediens, usque  
ad mortem efficiaris.

8. Quære adhuc alios sanctos  
Apostolos, pro consolatione tua  
in Christi servitio occupatos,  
pro fide et amore Christi occi-  
sos, verbo et exemplo multos  
ædificantes.

*Jacobi.*

Vide sanctum Jacobum fra-  
trem Domini, epistolam canoni-  
cam scribentem, formam Chri-  
stianæ vitæ et religionis perfe-  
ctionem continentem.

*Thomæ.*

Quære et sanctum Thomam  
in India, qui vulnera Christi re-

ve-

verer  
dit, e  
te cl  
men  
C  
fide  
post  
stan  
ris C  
do p  
nib  
ad  
alic  
pul  
ver  
lur  
ter  
qu  
ma  
na  
pa  
ri  
qu  
pa  
D  
a



verenter palpavit, firmiter credidit, et cum ferventi amore aperte clamavit, dicens : *Dominus Ioan. 20. meus, & Deus meus.*

Quære etiam cum magno desiderio, sanctum et eruditum Apostolum Matthæum Evangelistam, scribentem Hebraicis literis Christi Evangelium, toti mundo profuturum, omnibus nationibus, populis et linguis variis, ad salutem destinatum. *Matthæi*

Simili modo et affectu, quære alios sanctos Apostolos et discipulos Jesu Christi, in locis suis verbum vitæ retinentes, et populum docentes, et usque ad mortem in vinea Dei laborantes.

Isti sunt sancti et amici Dei, qui sanguine fuso, per coronam martyrii meruerunt vitam æternam.

Lege ergo libenter vitam et passiones eorum, et consolaberis in laboribus et doloribus tuis: quia nihil est, quod tu facis, et pateris pro Christo in servitio Dei, comparatione sanctorum et aliorum devotorum.

*Gesta & passiones sanctorum frequenter legenda.*